Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions
The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

decorum in. **Remig.** Est et zorobabel .i. ma
gister confusionis. Unde .i. Magister vester cum publicanis
et publicanis manducat. Ipse est aliud
.i. pater meus iste est illorum. Ego et pater unum sumus.
Est et elyachim .i. deus resuscitans. Unde .ii. Ego
resuscitabo illum in novissimo die. Est et azor
.i. adiutus. Unde .i. Qui meminit mecum est. Ipse est
et iacob videns sum iustificat. Unde .i. Tradit est in
se proximis. Est et achim .i. frater meus iste. Unde .i.
Qui fecerit voluntatem patris mei, meus frater est.
Est et eliud .i. deus meus iste. Unde .i. Deus meus et dominus
meus. ~~Remig.~~ Est et eleazar .i. deus meus adiutor.
Secundum .i. Deus meus adiutor meus. Est et ma
than .i. donans vel donatus. Unde .i. Dedit dona ho
minibus. Et sic deus dilexit mundum ut filium
suum unigenitum daret. **Remig.** Est et iacob
supplantans. Quod non solum ipse supplantavit
diabolum, sed et hic potestatem suis fidelibus de
dit. Unde .i. Ecce dedi vobis potestatem calcandi
super serpentes. Est et ioseph .i. apponens.
Unde .i. Ego veni ut vitam habeant et habundantius
habeant. **Rabanus.** Sed videamus quid moraliter
ista presens significent. Quia post iechoniam qui
dicitur preparatio domini, sequitur salathiel .i. petitio me
a deus. Qui enim preparatus est, non petit nisi solum
deum. Sed iterum fit zorobabel .i. magister ba
bilonis .s. (?) tenebrarum hominum, quos facit cognos
cere de deo quod pater est, quod sonat abiud. Et tunc
ille postea resurgit aurans (?), unde sequitur elyachim
qui interpretatur resuscitans. Et idem ad bonum operandum
adiutus, quod sonat azor. Fit sadoch .i. iustus.
Et tunc dicit fidelis per dilectionem proximi
ipse est frater meus, quod sonat achim. Et per di
lectionem dei dicit deus meus, quod sonat eliud.
Et sequitur eleazar .i. deus meus adiutor, quia
recognoscit deum suum adiutorem.
Ad quod autem tendit ostendit mathan, quod
dicitur donum vel donans. Expectat enim deum
datorem. Sicut luctatus est in prin
cipio et vitia supplantavit. Sic etiam
in fine vite quod ad iacob pertinet. Et sic pervenit
ad ioseph .i. ad augmentum virtutum.

Iacob autem
genuit ioseph
virum ma
rie. De qua
natus est
ihesus qui vo
catur christus.

Post omnes **Glo.**
generationes posuit
iterum generationem
ioseph viri mari
e, propter quod omnes alie
introducuntur dicens.
Iacob autem genuit ioseph.
Ieron. Hunc locum
obicit nobis iulianus
augustus dissonantie
evangelistarum.
Cur evangelista ma
theus ioseph filium
dixit iacob, et lucas
filium eum appellavit hely. Non intelligens
consuetudinem scripturarum, quod alter secundum naturam,
alter secundum legem ei pater sit. Scimus enim hoc per mo
ysen deo iubente preceptum, ut si frater aut propinquus
absque liberis mortuus fuerit, alius eius accipi
at uxorem ad suscitandum semen fratris vel propinqui
sui. Sed hec affricanus cronicorum scriptor et eusebius
cesariensis plenius disputaverunt. **Expectatio
ea historia.** Mathan enim et melchi diversis
temporibus de una eademque uxore estam nomine sin
gulos filios procrearunt, quia mathan qui per
salomonem descendit, uxorem eam primum
acceperat. Et relicto filio uno iacob nomine
defunctus est. Post cuius obitum quoniam lex vi
duam alii viro non vetat nubere, melchi qui
per nathan genus ducit, cum esset extra de tribu
sed non extraneus generis, relictam mathe accepit u
xorem. Ex qua et ipse suscepit filium nomine
hely. Per quos ex diverso patrum genere efficiuntur
iacob et hely uterini fratres. Quorum alter .i. iacob
fratris hely sine liberis defuncti uxorem ex man
dato legis accipiens genuit ioseph, natura quidem
gignentis suum filium, propter quod et scribitur. Iacob
autem genuit ioseph. Secundum legis vero preceptum hely
efficitur filius, cuius iacob quia frater erat ad susci
tandum fratris semen acceperat. Et per hoc recta invenitur
atque integra generatio, et ea quam matheus
enumerat, et ea quam lucas qui legalem